

ADM. ILL. D. COMITI
MAXIMIANO
BOLOGNINO,
GYMNASIVM RHETORICÆ
IN VISENTI, DISCIPVLI

*P. Francisci Aloysij Bolognini eiusdem fratris, amoris,
& benevolentiae signum,*

Hæc carmina, hos flores, in Parnassi monte
statim decerptos, offerunt.



*Ex Officina Typographica Io. Baptistæ Rubei. 1618.
De consensu Superiorum.*

ADM. LIT. D. COMITI

M A X I M I A N O

B O L O G N I N O .

G Y M N A S I I R H E T O R I C A E

I N V E N T I D I S C I P U L I

P. Francisci de Jure Boloniae civitatis, juris, antiquis

et modernis legibus

Hae carminibus hoc Poetae in Parmensi monte

haec deceptoros offendi.



Ex Officina Typographica Jo. Baptistae Rabeli 1818.
De Censura Librorum

UVA. BHSC. BU 08960 (02)



D. Comiti Maximiano Bolognino.

MAXIMIANVS.

ANAGRAMMA.

Maxima sinu.

E Lucet pietas, probitas, facundia, splendor,
Moribus effulges, nobilitate nites.
Ista geris Bolognine sinu? sunt maxima; nobis
Hæc possis igitur, quò dare dona; veni.

Hieronimus Putcus.

A 2



Maximilianus Bologninus Comes.

ANAGRAMMA.

An vilis? non, imo maximus, celsus.

ECce tuo semper sublimia corde volutas,
Ipse tua numquam vilia mente, subis.
Vilis an ergo es? non imo præclarus haberiis,
Maximus, eximius, celsus ubiq; nites.



Clemens Cribellus.



Maximilianus Bologninus Comes.

ANAGRAMMA.

O Ignis exi, nam locus sub manum.



E*N* loca nostra iacent densis obscura tenebris,
Erramus cuncti, nigraque cuncta manent.

O Ignis claro lustres quò lumine terras,
Exi, tu lucem tradere namque potes
Ecce Locus densa stat sub caligine reclusus,
Ergò manum extendas, et foris ignis exi.

Clemens Cribellus.

A 3



Maximilianus Bologninus Comes.

ANAGRAMMA.

Sol sub bono animi lumine micat.



Athera fulgenti nunc sol percurrere linquat
Lumine, nam Phæbus clarior ecce micat.
Nemo potest oculis fulgentem cernere lucem,
Tam nitet, atq; acies lumine stricta manet.
Tu sol elucens, claro sub lumine splendes,
Atq; micat animi dotibus eximijs.
Ergo bono poteris percurrere lumine terras,
Lumine fulgebunt omnia namq; tuo.

Clemens Cribellus.



Maximianus Bologninus.

ANAGRAMMA.

Magna vis in bono si lux.



Inuigilas semper studijs, non frena remittis,
Inuigilas studijs, inuigilasq; domi.
Quid mirum si tot? lux est doctrina vocanda,
Inq; bono si lux, vis quoq; magna micat.



Carolus Grossius.

A 4



Maximianus Bologninus.

ANAGRAMMA.

Maxima laus in sinu bono.



Maximiane Comes quisquis contendit, et
instat,
Quò valeat laudes tollere in astra tuas,
Te nil laudaret, tamen hinc decoratus abires,
Est laus inq; bono maxima parva sinu.

Hieronymus Putcus.



Maximianus Bologninus.

ANAGRAMMA.

Magna lux nobis nouimus.



E^N superas Phæbi splendentis lumina clara,
Astræq; tu vincis lumine cuncta Poli.
Nunc igitur iure à Nobis Lux dicere Magna,
Te quando lucem nouimus esse bonam.

Marcus Antonius Orlandus.



Maximianus Bologninus.

ANAGRAMMA.

Lux magna Iouis in bonum.



Est tibi, summa animus merito pietate repletus,
Indigus hos fructus, cum pietatis habet.
Summa tibi virtus præclaro in pectore fulget.
Inq; bonū, summi lux tibi magna Iouis.

Bartolus Bassanus.



Maximianus Bologninus.

ANAGRAMMA.

Magnanimus nixus soli.



Magnanimus, Bolognine potes, præclare
vocari,
Virtutum Soli nixus es ipse tuo.


Hieronymus Puteus.



Maximianus Bologninus.

ANAGRAMMA.

Sum lux magna boni solis.



Quis ludum lustrat nostrum splendore co-
ruscans?

Sum lux magna, boni solis origo, nitor.

Carolus Abbiatus.



Comes Maximilianns Bologninus.

ANAGRAMMA.

Imus, ò iam lux longè micans bonis.



E^N *Picias floret, virtus en pectore fulget,
Proh quantum meritò condecorandus eris.
Talis es? ergò tibi longè iam dicimus omnes
Imus, luxq; bonis ò venit esse micans.*

Manfredus Tornicellus.



Maximilianus Bologninus Comes.

ANAGRAMMA.

Lux lenis es probis commoue magna.



Lux es tū nobis lenis, quæ præuia solis
Spargere iucundum lumen in orbe solet,
Cōmoue, vs eximio lauderis carmine, Magna
Queis superes atavos, Maximiane, tuos.

Philippus Raymundus Buttigella.



Maximilianus Bologninus Comes.

ANAGRAMMA.

Lux bonis summo ingenio micas.



Lux venias, summo tollas splendore tenebras,
Ipse bonis luces, ingenioq; micas.



Clemens Cribellus.



Maximilianus Comes.

ANAGRAMMA.

Occulis maxima femina.



IN te virtutis splendentia femina lucent,
Occulis eximio maxima dona sinu
Ergo ne tardes, nobis hæc munera tradas,
Virtutis, præbe specimen, oro tua.

Paulus Lonatus.



Bologninus.

ANAGRAMMA.

Longe bonus.



E*N* tua te virtus præclarum reddit ubiq;
Dum pietate micas, dum probitate nites,
Ecquis tanta videns cessabit dicere? Mirum;
Nō bonus es, longe, sed bonus ipse micas.

Carolus Abbiatus.

B



Maximianus Bologninus .

ANAGRAMMA.

Maxima vis ? in bono sunt.

Maxima tu forsā vis hoc, cælestis, in orbe?
In te si quæris, sunt ea cuncta, bono.



Marcus Antonius Orlandus.



Maximianus.

ANAGRAMMA.

Eximia manus!

Dum Mariem sequeris, sequeris dum Pal-
ladis artes

Proh manus eximia est Maximiane tua.



Ferdinandus Spinula!

B 2



Maximianus.

ANAGRAMMA.

Maxima sunt.

Maximiane animo, si quis, tua mente reuol-
uat

Maxima sunt dicet, Maximiane, tua.




Io. Baptista Casarus.



Maximianus Bologninus .

ANAGRAMMA.

Iam vix magnus sol nobis .



Cum lustres radijs ludum, iam possumus
omnes ,

Iam vix sol nobis, dicere, magnus adest.

Bartolus Bassanus .

B 3



Maximianus.

ANAGRAMMA.

Iam Maximus.



Quisquis te decorat, magnū te carmine dicit,
Iam, nilaudaret, Maximus ecce micas.



Io. Baptista Casatus.



Maximianus.

ANAGRAMMA.

Maxime Ianus.



Maximiane Comes decoratus fronde, so-
gaq;
Palladis, & seui Martis alumnus ades
Vt Marti carus, Mauors, Vt pacis alumnus,
Maxime, Ianus eris, iure vocande, viris.

Io. Baptista Casatus.

B 4



Maximianus.

ANAGRAMMA.

Maxime fanus.



Cum nil perficias, quod non pietate nitefcatur,
Cordetuo, ut monstras, Maxime, fanus
ades.



Bartolus Bassanus.



Maximianus.


ANAGRAMMA.

Maxima vis.



Maximiane animos tua Virtus allicit omnes,
Vis certe in proprio, maxima, corde, nitet.

Bartolus Bassanus.



Maximianus .


ANAGRAMMA.

Eximia musa



C*um tua discipulos moueat praesentia, nostros;
Eximia, & merito, musa vocandus eris.*

Io. Baptista Casatus .



Maximianus Comes.

ANAGRAMMA.

Comis es maximus.



Quisquè tibi vellet regnandi munus adesset,
Atq; tibi quisquam subditus esse cupit,
Omnibus appares, rebus, vultuq; serenus,
Nobilis es certè, maximus, atq; comes
Non igitur nostrum despexeris ipse laborem,
Sed comis accipies quod, citò, sponie datur.

Franciscus Pipetellus.

De ipsius Nomine.

Ad eundem.



Magnus Alexāder fuerat, tu nomina magni
Digna refers, meritò maxima quæq; notas.
Maximus es pariter doctrina, maximus arte,
Maximus ingenio, maximus eloquio,
Ergò quid superes? hoc: Maximiane vocaris.
Maxima namq; loquor, maxima nãq; facis.

Hieronimus Puteus.



Ad eundem.

Comitem Maximianum Bologninum.



Iam tua per multos o maxime, floruit annos
Egregijs titulis, nobilitata domus.
Defuit hoc semper, Nullus nam laurea sumpsit.
Verum tu capiens laurea maior eris.

Balthasæ Mandrinus.



Ad eundem.



Fortis Alexandri cognomina magna mereris,
Magnanimos virtus reddit, & ipsa viros,
Aspice nunc tibi Apollo fauet, prudens Mynerua,
Maximus, est nomen, nomen & acta probat.

Franciscus Piperellus.



Ad eundem.

Comitem Maximianum Bologninum.



HÆc cape Bolognine manu data dona libēti,
Non satis est versus? sit tibi velle satis.

Io. Baptista Casatus, totius
Gymnasij nomine.

